

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio u  
cum fonte primo

Qui cordis sui domum excolere non ualet,  
quomodo plurimorum adhibebit diligenciam?  
Et qui peccati trabem ex suo non potest eruere oculo,  
quomodo ex alterius oculo poterit amputare festucam?

Ambrosius in pastorali siue in libro de dignitate  
sacerdotali.

Hoc est enim, de quo superius diximus,  
qui cordis sui domum excolere non valet,  
quomodo plurimorum adhibebit diligentiam?  
et qui peccati trabem de suo non potest eruere oculo,  
quomodo ex alterius oculo poterit amputare festucam  
(*Luc. vi, 41*)?

Auctor incertus, *De dignitate sacerdotali*, 4  
(PL 17, col.574B).